

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa

Ad Mentem Præcipuorum Theologorum & Canonistarum, insertis suo loco Propositionibus à S. Sede Apostolica novissimè damnatis concinnata. Et Per Casus Practicos exposita

Complectens LXXV. Casus Materiam de Conscientia, Legibus, Peccatis, Fide, Spe, Charitate, Jure, Justitia, Restitutione, Contractibus, Judiciis & Religione &c.

Jansen, Leonhard Coloniæ Agrippinæ, 1744

Casus LXX. De Extinctione, Cessatione, & Irritatione Voti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39867

tùm pro prima vice ad pænam obligasse, de aliis pænis moderatis verius est cuilibet transgressioni suam pænam correspondere, & toties quoties te obligare voluisse, nisì aliunde sir major præsumptio in oppositum, quia hac ratione te essicaciùs à delicto præservas, quod præcipuè intendisti, Sanche num. 21. Castropalao p. 18. in sine.

20. 14. Qui dolet se vovisse, non peccat, si adsit justa causa dolendi, eò quòd v. g. incautè voverit, votùmque ei plus periculi, quàm fructus

afferat:

CASUS LXX.

te

al se

ri

d

De Extinctione, Cessatione & Irritatione Voti.

Sai variis obstrictus votis quarit. 1. An cessent per mutationem materia vel, finus, An excuset difficultas vel periculum. 3. Quod si materia siat inepta ex parte vel ad tempus. 4. Quid sit irritatio, an fieri possit vovente invito, & circa vota in favorem tertii facta. 5. An vota irritare possint Papa & Episcopi. 6. An Superiores Ordinum, an vota in saculo vel Novitiatu edita. 7. An id possint Abbatissa, Vice - Superiores, &c. 8. Quid si unus Superior in votum consensit, anipse vel alius adhuc revocare possit. 9. An peccet sine causa irritando. 10. An irritare possit votum proprium, vel alteri irritandum committere. 11. An pater vel tutor irritare possit omnia vota prolium ante pubertatem etiam cum consensu emissa An hac vota vel post pubertatem implenda, 12. irri-

De cestat. & irritat. vot. irritari possint omni tempore , quid si filius ea post pubertatem renovaverit. 13. Anidem possit curator. 14. Quid possit pater vel curator circa vota post pubertatem emissa. 15. Quid si votum impuberis post pubertatem in alind fuerit commutatum. 16. Quid si votum sit implendum post tempus subjectionis. 17. Quo ordine pater, tutor, &c. Vota irritare possint, S an possit magister, nutritius, & quidin dsbio, an votum sit irritabile. 18. An maritus votauxorisirritare posit, velcontrà. 19. Quid si uxor ante vel sub matrimonio voverit castitatem, eleëmosynam, confessionem; quid si maritus id agrè ferat. 20. Quid si uxor vel maritus vovera non petere debitum. 21. Aut muno consensu voverint castitatem, velunus voverit cum alteriuslicentia, 22. An dominus velherus vota servorum irritare possit?

Vota cessant quatuor modis: Extinctione, irritatione, dispensatione, commutatione. De duobus primis agetur in præsenti, de reliquis

in segq.

le

àc

d

ſi

é

11

el

QUER. I. Qualiter vota extinguan- 1.

Re. Extinguuntur propriè dupliciter, per notabilem scilicet materiæ mutationem & per cessationem sinis seu motivi principalis; mutatur autem notabiliter materia, quando sit moraliter diversa, v. g. ex facili multum dissicilis, ex possibili impossibilis, ex licita illicita, ex bona indisferens aut majoris boni impeditiva; unde deduces segg.

1. Si mutatio, major difficultas vel periculum non oriatur exipsa re, sed ex voluntate vel malitia voventis, non cessat voti obligatio, v. g. vovisti ca-

Eee 5 hita-

210 Casus LXX.

stitatem, que tibi ob pravam inclinationem vel lasciviæ consuetudinem sacta est dissicillima vel etiam periculosa, non excusaris à voto, quia hæc dissicultas aut periculum non est ex parte materiæ seu castitatis, quæ ex se melior est, quam ejus oppositum, sed ex parte habitus vitiosi & pravæ voluntatis, quam quilibet corrigere potest & tenetur. Vid. Cas. 68. n. s.

9

V

ra

ja

9

n

li

8

n

C

se se

d

E

2. Excusat grave periculum non prævisum, v. g. vovisti peregrinari ad statuam B. Mariæ Virginis, si audias viam esse insestam latronibus, durante periculo excusaris à voto; econtrà, si periculum sit prævisum, non excusat, v. g. vovisti in nosocomio servire infirmis, teneris exequi vo-

rum, etiamsi sit periculum infectionis; nam cum soleat ejusinodi periculum ibi reperiri, satis censerur prævisum.

3. Vovisti peregrinari pedes, excusaris, si sias claudus & equum vel currum habere vel uti non possis, aut à parentibus tibi prohibeatur.

4. Si materia voti secundum quid siat impossibilis vel inepta, cessat quò ad illam partem, ut explicavi Cas. 68. n. 13.

fiat inepta, votum pro illo tempore suspenditur, v.g., vovisti non adire istam domum ob certam puellam tibi periculosam, si puella absit, potes domum ingredi, si illa redeat, votum redit, si moriatur, votum omninò cessat, etsi ad eam domum expòst veniat puella periculosior, non teneris vi voti istam vitare, Pyrh. l. 3.t. 34. n. 35. Wiestner. ibid. num. 48.

6. Si determinato pauperi vovisti eleëmolynam, sihic fiat dives, cessat votum, quia cessat si nisprincipalis; si iterum fiat pauper, redit votum; simiDe cessat. & irritat, vot.

Six smiliter, si huic pauperi vovisti eleëmosynam, ideo quia putabas esse probum, si expôst rescias talem non esse, cessat votum, quia cessat ejus motivum; secus si ideò vovisti, quia erat pauper; item vovisti peregrinationem pro sanitate vel liberatione filii è captivitate, qui tempore voti emissi jam erat mortuus vel liberatus, cessat votum, quia cessat ejus sinis, Schmalzgr. n. 70.

QUAR. II. Quid sit irritatio voti?

12. Est actus potentia dominativa, qua nomine proprio tellitur oblivatio hominis sibi quò ad

ne proprio tollitur obligatio hominis sibi quòad personam vel voti materiam subjecti; est communis quoad rem cum D. Th. 2. 2. 9. 88. & feq. Dicitur 1. Actus potentia dominativa, hoc est, talis, vi cujus alterius voluntas vel res est ita subjecta, ur sine consensu dominantis firmiter obligari non possit; quare omnia vota, juramenta, dispositiones hominis taliter subjecti imbibunt hanc conditionem: Si Superior, seu ille, cui subsum, consenserit; ideoque hoc ipso, quòd ille non consentiat, tollitur voti vel juramenti obligatio: unde patet, etiam vota vel juramenta in favorem tertii facta & acceptata irritari posse etiam acceptante invito, etfi non possint sic dispensari vel commutari, ut dicam Caf. seg. n. 17. Sylves. Nav. c. 12. n. 78. Laym. c.8. n. 21. Ratio est, quia etiam vota in favorem tertii facta habent conditionem: Si Superior consenserit: ergo hoc ipso, quòd conienlum negat, eairritat. Aliqui autem dominative subjecti sunt quoad voluntatem simul & bona, ut Religiosi suis Superioribus, impuberes patri vel tutori, & hi omnes vota directè irritare dicuntur, cò quòd voluntas voventis his ratione sui in subjecta; quando autem voluntas non ratione sui, sed solum ratione bonorum est subjecta, ita

a.

ti-

if-

iæ

p-

V.

71-

U=

ri-

m

00

m

le-

on

fi=

X-

ore

1,

un

0-

12-

ex-

oti

id.

y-

m;

ni-

812 Casus LXX.

ut de iis sine alterius consensu disponere non polsit, veluti minorennis subjectus est curatori, tunc dispositiones vel vota talis persona circa-ejusmodi bona dicuntur irritari indirectè, hoc est, non ratione persona, sed ratione bonorum alteri Subjectorum. Dicitur 2. Nomine proprio, in quo præcipue distinguitur irritatio à dispensatione; hæc enim tollit obligationem nomine alieno, scilicer Dei, qui potestatem jurisdictionis dedit Ecclesia ad tollenda vel remittenda suo nomine vota & juramenta fibi facta, fi caufa fublit, quod addo, quia dispensatio, ut valide fiat in lege Superioris, causam requirit, non item irritatio, quæ ablque omni causa quidem est illicita, non tamen invalida; deinde dispensans & commutans vota debet ea speciatim cognoscere, irritans potest in genere omnia tollere per folum dissenium, etiamh vovens hoc ignoret aut nolit ea irritari, quia conditio substantialis corruit, scilicet contenfus Superioris, Arrag. 9.89. a. 9 Suar. lib. 6. de vot. c. l.

QUAR. III. Quinam habeant potestatem

vota irritandi?

R. I. Papa & Episcopi non possunt directe vota irritare, nisì respectu Religiosorum sibi subjectorum, quia in alios non habent potestatem do" minativam, nec ejusmodi potestate pro directione Ecclesiæ indigent, sufficit, quòd possint vota commutare, dispensare & indirecte irritare, subtrahendo vel prohibendo materiam voti, S. Thom. Sup. a. 12. in Corp. & ibi Cajet. Nav. num. 79. Suar. l.c.

Be. II. Superiores Regulares possunt directe irritare suorum vota, non tantum ea, qua Religiosam gubernationem impediunt, ut peren

TI

De ceffat. & irrit. vot. grinatio, servirium extra clausuram, &c. sed etiam omnia alia post professionem emissa; antequam tamen irritentur, observanda sunt, ita communis cum D. Thom loc. c. Suar. c. 7. Sanch. 1. 4. c. 33. num. 4. Sporer tr. 3. in Decal, c. 3. num. 16. Ratio est, quia sicut pupilli per Remp. ita subjiciuntur tutori, ut omnia eorum vota & dispositiones valear irritare, sic & S. Pontifex ad meliorem Religioforum gubernationem corum voluntatem subjicere porest Superioribus, ut abique eorum confeniu nihil firmiter vovere queant; quod verò ita factum sit, probat praxis & usus Religionum, teste Leffiol. 2. c. 20, dub. 13. Sanch. c. 24. num. 30. Excipe tria vota essentialia & votum assumendi Religionem strictiorem, cujus executio, sicut non potest à Prælato impediri, c. licet de Regul. îta nec irritari, DD. cit. Neque irritare possunt vota tacta in faculo vel Novitiatu, quia vovens tunc non erat subditus; possunt tamen Novitiorum vota suspendere, in quantum impediunt vel difficiliora reddunt exercitia Novitiatûs; imò ipse Novitius omnia vota sua in exercitia Novitiatus tanquam in rem evidenter meliorem commutare potest; expediet tamen tunc certa opera determinare, in quæ commutatio fiat, ne ad omnia opera le ex voto obligans plurimis exponatut, scrupulis; Novitius verò Religionem deserens voti prioris obligatione constringuur, quia suspensio vel commutatio censetur tantum facta pro tempore Novitiatûs, Sanch. num. 41. Castropalao d. 2. pun. 8. num. 10. 2. Superiores gaudentes potestate irritandi sunt Generalis, Provincialis, Visitator, Abbas, Guardianus, Prior seu Rector localis, non tamen Vicarii, Ministri, Priores clau-

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

-100

unc

iodi

non

Iteri

, in

tio-

eno,

edit

nine

blit,

ege

tio,

non

tans

po-

um,

cari,

fen-

. de

tem

VO-

bje-

do"

ione

vota

Sub-

nom.

79.

ectè

quæ

ere-

1112-

Cafas LXX. 814 claustrales alique Vice-Superiores, nisi Rectore vel Abbate absente, quia verè Superiores non funt, nec suo sed alieno nomine imperant, Castropalao I. c. Leuren. I. 3. 9. 848. Abbatissa & Matres Monialium suarum vota etiam irritare possunt, quia irritatio fundatur in obedientia, quæ illis sicut aliis Prælatis promittitut, Sanch, Suar. Sporer. l. c. cont. Castropalao , Leur. 3. Potestas irritativa extendit se etiam ad vota merè interna & futura, quia oinnia includunt conditionem, si Superior conserniat, DD. cit. 4. Si Provincialis tibi dedit licentiam vovendi, non potest vorum irritare Superior localis, potest tamen ex justa causa executionem voti impedire, quousque Provincialis consulatur, ita enim exigit bonum tegiminis, Sanch, c. 27. num. 4. 5. Ipse, qui dedit licentiam vovendi, votum irritare potest, etiamsi promiserit non irritare; nam quamvis tunc peccet, si sine causa id faciat, irritat tamen valide, quie non obstante istà promissione retiner potentiam dominativam in subditum, Sanch. num. 9. Leur. 9. 896. multò magis id poterit æqualis vel Superior. Inferior tamen irritare non potest vota edita cum licentia Superioris, quia hujus potestati derogare nequit. 6. Superior, qui fine justa caula irritat votum grave, in quod femel confensit, ex communi apud Castropalao p. 3. 5. 2. peccat mortaliter, quia tribuendo licentiam fit particeps voti: ergo fine causa revocans censeturillius transgressor: deinde votum licentia Superioris firmatum; est à DEO acceptatum: esgo fit DEO gravis irreverentia, si absque caufa confenius revocetur. Nihifominus Illfung. t. s. num. 133. dicit, esle tantim veniale:

ni

al

n

78

bi

fu

9

3

4

pi

re

h

di

h

te

a

fe

no

tit

te

m

hi

pl

P

te

In

ic

De ceffat. & irrit. vot. niale, si verò Superior non consensit, sed absque causa irritat votum, non peccare, tenet, Sylves. Azor. & probabile esse dicit Sporer num. 34. quia utitur jure suo; at probabilius peccat saltem venialiter, quia abutitur sua potestate, subditum à meliori bono absque causa impediendo, Sotus de just. 1. 7. 9. 3. a. 1. Laym. c. 7. num. 18. La Croix num. 494. 7. Superior non potest irritare votum 10; proprium, neque alteri irritandum committere, Sanch. num. 60. quia porestas irritandi in hoc fundatur, quod votum emittatur sub conditione, si Superior consentiat; nemo autem sub conditione proprii consensûs votum emittere potest, destruit enim talis conditio strictam voti obligationem; nec obstat, quòd quis secum dispensare possit, nam dispensatio non six nomine proprio, sed per eam nomine Dei remittitur obligatio, qui etiam dispensanti remittere potelt justà causa intercedente.

marum, tam realia, quam personalia, ante pubertatem emissa, potest pater aut tutor, vel his desicientibus, mater irritare juxta seq. ex-

plicationes.

Sto=

oreg

ant

illæ

tare

itia.

zch:

30

ne-

011-

40

1011

tell

edi-

im

4.

um

rea fa-

nte

ami ul-

fen

ım

;a-

ex

cat

il-

) Ca

er-

e-

Patris, tutoris vel matris, tamen itritari potest, quia non obstante isto consensu manet in
impubere immaturitas discretionis & judicii :
ideóque potentia gubernativa & irritativa im
patre, tutore, &c. Angel. Sylves. Layur.
l.c.

2. Etiam vota impuberum implenda poli pubertatem irritari possunt, ut si puella undecima, vel puer tredecim annorum voveat post duos am-

nos ingredi Religionem, quia potestas irritandi fundatur in infirmitate judicii, quæ reverà adfunt tempore emissi voti, Sporer n. 20. nec obstar, quòd fortè filius contradicat, putans vota irritari non posse, nam potestas irritativa non pender a confensu filii.

12. 3. Vota ab impubere editanon tantum durante impubertate, sed etiam expost quocunque tempore à patre irritari possunt, modò post pubertatem non fuerint confirmata, Cajet. q. 89. a 5. Reif. fenft. hb. 3. decret, t. 34.n. 13. Illfung. n. 123. & 134. Ratio est, quòd votum impuberis non tancum propter dominium paternum, sed etiam propter immaturitatem judicii pendeat à patre, includatque conditionem: Si pater non contradicevit, qua conditio tractu temporis non aufertur; dixi, modò post pubertatem non fuerint confirmata; non censentur autem confirmari ex hoc, quod vovens voluerit ea exequi, aut ignarus ea esse infirma, sepiùs renovaverit, quia hæc renowatto est tantum approbatio prioris vinculi, sedrequiritur, ut sciens eorum debilitatem, ea pubes libere ratificet & ita intendat se obligare, quali nunquam fuisset obligatus, Navar. c. 12. n. 71. Sanch. c. 30. n. 38.

13. 4. Non tantum pater & tutor impuberis, led & curator vota minoris ante pubertatem facta post pubertatem irritare potest, modò confirmata mon fine, Sanch. n. 15. Castropalaon 6. Ratio elt, quod curator succedat loco patris : ergo sicut pater potest ista vota irritare, ut jam probatum est, lic

& curator.

5. Vota post pubertatem emissa, si realia sint, potelt pater aut curator irritare, secus, si personalia; hinc si filius quindecim annorum voveat jejunium,

tu

at.

qu

eff

&

en

vi

lia

re

pu

tu

fti

fu

na

di

no

na

re

fu

ei

po

P.

q

9

T d

Ti iı

r

De cessat. & irritat. vot. Religionem & eleëmosynam, irritari poterit voundi tum eleëmolynæ, (intellige ex bonis patri subjeadctis) non verò jejunii & Religionis. Ratio est, obquia post pubertatem filius quòad suam personam ota est sui juris; bona autem ejus, exceptis castrensibus en-& quasi castrensibus, subjecta sunt patriusque ad emancipationem, vel curatori usque ad annum anvigesimum quintum completum : ergo vota reaemlia puberis, non autem personalia à patre aut tutortaeif. reirritari posliunt. Si votum ante pubertatem emissum post 15. 8 pubertatem à Superiore velipso vovente in opera anpersonalia commutetur, nec pater, nec tutor voam tum surrogatum irritare poterit, Sanch. n. 48. Care, stropalaon. 11. quia votum ante pubertatem emisexer sum jam desiit & post pubertatem successit persour; nale, atque in vota personalia post pubertatem efirdita vel confirmata pater & curator potestatem OC, non habent, nisì in quantum præjudicant guberea nationi paternæ vel domesticæ, ut si filius vove-110ret longa jejunia, peregrinationes, &c. quibus resubtraheretur ab obsequiis patri præstandis, tune bes enim ea indirecté irritari vel potius suspendi iali 71. posient, Sporer n. 22. 7. Si votum puberis sit quidem reale, sedim- 16. fed. plendum post tempus subjectionis, v. g. silius quindecim annorum vovet ædificare sacellum, Cta quamprimum à patria vel curatoria potestate libeata ratus fuerit, idem est, si uxor quid voveat impleneft, dum post mortem mariti, tale votum à patre, cupararore vel marito irritari non potest; econtrà vota ,fic impuberis, etsi in statu libero implenda, pater & curator irritare possint, Sanch. Castropalao §. 4. Ill-DOsung. n. 135. Ratio horum est, quòd impubes non 1a ; 111), R. D. Jansen Theol. Moral. Tom. I. Re818 Cafus LXX.

patri & curatori sit subjectus, ideóque ejus actus per solum dissensum annullari potest; econtrà pubes quòad voluntatem non est subjectus patri, neque uxor marito, & bona possibilitationem etiam non sunt amplius subjecta: ergo non est, unde vota puberis vel uxoris post subjectionem implenda à patre, curatore vel marito irritari valeant; quod etiam tenet de votis realibus perpetuis, v.g. de voto quotidie dandi elemos properties, in quantum se extendit ultrà tempus subjectionis.

8. Potestas voța irritandi hoc ordine venit, pater, tutor, curator, avus, ex parte patris, non matris, mater, avus paternus nihil potest vivente matte, Sporer n. 24. Schmalz g. n. 76. Imò desiciente patre, tutore aliisque ascendentibus loco patris succedere herum, magistrum, eosque voța impuberum irritare posse, non improbabiliter docent Sayr. Less. 1. 2. c. 40. dub. 14. Suar. 1. 6. c. 6. n. 23.

Laym. c. 7. n. 10. quia ita videtur exigere æquitas naturalis; at oppositum est verius, quia ex nullo jure doceri potest, hanc potestatem heris, magistris, &c. esse concessam, S. Th. 1 c. Bonac, Sanch.

e. 35.n. 84. Wiestner. n. 54.

9. In dubio, an votum sit irritabile, an sit emissum vel confirmatum tempore subjectionis, an executio sit destinata in-vel extra tempus subjectionis, potest Superior illudirritare Suar. c. 6. La Croix n. 500. Leuren. q. 879. quia pater est in certa possessione potestatis irritativa, quâ per rationem dubiam privari non debet. Vid. Vivam op. 2. q. 6. a. 3.

ES. R. IV. Quamvis Sotus, Ang. Arrag. alique cum Sanch. 34. n. 3. probabiliter doceant, mari-

21111

94

lo

1

Ill

a

ux

Ju

CO

pr

qu

IC

#C

tc

to

qui

fir

ne

au

De ceffat, & irritat. vot. um directe irritare posse omnia vota uxoris, stantematrimonio emissa, eò quòd voluntas ejus videatur esse perfecté subjecta marito, ex illo ad Eph. 5. Mulieres viris suis subdita sint sicut Deo. quia vir caput est mulieres, sicut Christus caput est Ecclesia. Et Num. 30. dicitur, uxorem non teneri promissione voti, si vir ex templo contradizerit. Attamen verius est, quòd sola vota debito conjugali, educationi prolium vel gubernationi domesticæ præjudicantia, velut votum castitatis, longæ peregrinationis, &c. maritus irritare possit, Nav.c.1 2.n.64. Castrop. p.6.n. 2. Sporer num. 29. Illsung. n. 126. Ratio est, quod rota uxoris subjecio fundetur in contractu matrimonii: ergo vota uxoris non subsunt marito, nisì in quantum præjudicant matrimonio & vitæ sociali, quod jus etiam competit uxori, ut vota mariti matrimonio præjudicantia irritare possit; notandum autem. quôd vota sic indirecte irritata vel potitis suspenla reviviscant, quando desinunt alteripræjudicate, Laym. c. 7. & D.D. cit. Unde inferes segg. 1. Si uxor ante vel sub matrimonio castitatem vel quetidianam eleëmofynam voverit, fo-

huto matrimonio tale votum reviviscit etiamsi an-

tea à marito fuerit irritatum.

2. Vota uxoris moderate jejunandi, orandi, communicandi, pauperes ex bonis paraphernis fustentandi, &c. maritus infirmare non potest. quia in his uxor est sui juris ; neque hæc matrimonio præjudicant; firamen maritusægrè ferat, ac fine læsione pacis vel amoris conjugalis observari non possint, adtempus cessant; quia eorum materia facta est illicita vel moraliter impossibilis aut majoris boni impeditiva, Sylvef. Nav. Suar. l. 6. c.4. Laym, num. 12.

Fff 2

8. Vo-



atatem

le ejus

econ-

t Sub-

a polt

a : er-

At fub-

narito

reali-

i eleë-

um le

, pa-

natris,

natre,

e pa-

s fuc-

oube-

ocent

2. 23.

unitas

nullo

nagi-

anch.

mil

an

ibie-

. La

cer-

tio-

7. 2.

que

ari-

num

Cafus LXX. 820 20. 3. Votum uxoris nunquam petendi debitum maritus irritare non potest, quia conjux non tenetur petere, sed solum reddere debitum; econtrà si maritus voverit non petere debitum & uxor obinde gravetur, ed quod & ipsa præ verecundia petere non ausit, Laym. Sporer dicunt, votum mariti ab uxore irritari posse, sed melius contradicunt Gometz Leff. Nav. c. 12. n. 60. quia obligatio mariti non petendi debitum reverà non cedit in præjudicium uxoris, eamque non retrahit ar à petitione debiti, sed potius dat ansam liberius petendi, cum sciat ipsum petere non posse, &ipsa levi indicio facile perere possit; merito notant DD, ejulmodi vota esse indiscreta & conjugibus, la nisi senes sint dissuadenda. 4. Si vir & uxormutuo consensu voveant ca-Aitatem; hoc votum iphirritare non poslunt quia re juri suo ad petendum & reddendum debitum repa 9 nunciarunt ; c. fin. 33. 9. 5. Sporer. num. 29. la Castropalaop. 7. num. 6. 7. Si conjux conjugi simpliciter dedit licen-PER tiam vovendi castitatem, hoc ipso cessit juri suo, nec consensum revocare aut debitum petere poterit, secus si votum conjugis pure permisit, relervando sibijus suum, Nav. c. 17. num. 31. Laym. neim. 15. Be. V. Vota denique servorum domini aut heri indirecte tantum irritare possunt, quatenus obligationi servitutis vel famulatûs obsistunt, 1 deòque finità lervitute reconvalescunt, commumis & certa; unde domini nihil possunt circa vo ta castitatis, orationis, confessionis, moderati jejunii, &c. CA-

ta U

di